Quelle: http://manuscripta.at/?ID=38240
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



48

§ uos accendentes ignem accincti sunt flammis: ambulate in lumine ignis uri.
§ & in flammis quas succendistis: de manu mea factum est. hoc uobis: in dolorib;
§ dormietis. LXX. Ecce omnes uos ignem accendentes: & confortatis flammam:
ambulate in lumine ignis uri. & in flammam quam succendistis. Propter me
facta sunt haec uobis: in merore dormietis. Nihil ergo deest exoratio
si nec post scelera spes salutis est. ute Omnes dedinauerunt simul:
inutiles facti sunt. Omnes sibi ignem succendunt: flammamq; corroborant. habent enim in se faenum lignas stipulam: spinas & tribulos: ac
lolium quae aeternam tradantur incendio. Unde & in prouerbiis scriptum est. In multis ligni: uter & ignis. Si autem paruus ignis grandem
materiam comprehendit: grandis flamma quantas populabitur. Dicitur & in epistula quae fertur ad hebreos. De esau: quae proferens
spinas & tribulos: reprobasit: & maledictioni proxima: finisq; illius in
conbustionem. Ergo qui accincti sunt flammis adq; circumdati: & sibi
incendum roborauerunt: uocantur ad salutem: & dicitur ad eos. Ambulate in lumine ignis uri: & in flammis quas succendistis. Ut in poenis atque sub
plicis discant di potentiam: & redeant ad salutem. Significat autem iudaici
populi uastitate: quo romanis traditi sunt: & captiuitatis iugum huic usq;
sustineant. De manu enim xpi facta sunt omnia: & in maerore ac dolori
bus dormient. Quia nec beneficius nec tormentis: di filium recipere euoluere:
unde loquitur ad eos. Item in ignem aeternum: quem praeparauit ds diabolo
& angelis eius. hoc est quod apostolus ait. Peruenit enim super eos ira in finem.
In finem hoc capitulo discimus: pro qualitate peccati: ignem sibi unumquemq;
succendere: & quomodo in eo dem manentes loco. & si dicit potest lectulo:
alius ani sunt: alius febrium succenduntur ardoribus: ex diuersitate humorum
atq; pituitate: diuersa sub plicia sentientes. sic & ignis qui a peccatoribus
succenditur: materiam in peccatis habet: & iniquitate de qua scriptum est.
Ardebit sicut ignis iniquitas: & sicut gramen sic eum uorabitur incendio.
§ Audite me qui sequimini quod iustum est: & quaeritis dnm. Aspicite
§ ad petram unde excisi estis: & ad cauernam lacis de qua praecisi estis.
§ Aspicite ad abraham patrem uestrum: & ad sarram quae peperit uos.